



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 31. Alia conspiratio contra Bonifacium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Ducibus. Richardi conjugium cum filia ^{Sæcul. XIV.}
 Caroli VI auxerat alienationem men- ^{A. C. 1399.}
 tium: nam ille favere Franciæ videba-
 tur. Res erupit in bellum apertum: Joan- ^{Valsing.}
 nis Gandavensis extincti filius Henricus ^{p. 359.}
 factus Lancastræ Dux ibat in Regem: ^{Froiss. 4.}
 qui victas dedit manus, & in turrim Lon- ^{c. 113. 114.}
 dinensem inclusus die lunæ 29 Sept. re- ^{Henric.}
 gnium solemniter abdicavit. Postero die ^{Knyght.}
 Martis Lancastræ Dux est agnitus Rex ^{p. 2743.}
 sub nomine Henrici IV, ac die Lunæ 13 ^{p. 2759.}
 Oct. coronatus.

§. XXXI.

Alia conspiratio contra Bonifacium.

Romæ Nicolaus Columnius cognomine
 Prænestinus cum Joanne Columnio
 fratre suo, & quibusdam aliis civibus Ro-
 manis conspirabat ad eripiendam Bonifa-
 cio profanam in urbe dominationem. Igi-
 tur mense Januario anno 1400 nocte qua-
 dam clanculum ingressi per portam populi
 usque ad Capitolii portam procedebant
 magno numero pedites, equitesque ar-
 mati, pulsabantque fores multorum ci-
 vium, quos ituros secum sperabant. Sed
 nemine respondente veriti, ne Papa rem
 comperisset, hac infecta turmatim rece-
 debant: ac peditum quidam se abdebant
 in vineis tum intra, tum extra urbem.
 Orto die capti a Romanis sunt triginta &

Th. Niem.
l. 2. c. 27.
Rayn. 1400.
n. 4.

M m 4 unus:

Sæcul. XIV
A. C. 1400.
unus: cumque deesset carnifex, protinus
ex eorum numero misellus juvenis cogebatur de furca suspendere reliquos, etiam suum patrem, fratremque.

Sup. lib. 89.
S. 49.

Papa Bonifacius in hanc violentiam, pluraque crimina, quæ Columniis tribuebat, inquiri voluit: & post initas Juris vias ordinarias contra illos edidit litteras longas: ubi a pontificatu Bonifacii VIII, nempe a seculo repetit probra hujus familiæ: quibus fusius enumeratis duos fratres Nicolaum, & Joannem Prænestinum denunciat execratione devinctos, privatosque cunctis honoribus, ac bonis: & addit omnes clausulas, quæ tunc censuris severissimis jungebantur. Dabat 14 Maji anno 1400.

§. XXXII.

Pœnitentes albat.

Th. Niem.
l. 2. c. 26.

Inter crimina, quæ Bonifacius Columniis exprobrabat, conquerebatur, Nicolaum in veste candida cum quibusdam aliis ad se venisse, ut ipsum per speciem pactionis falleret. Hæ vestes candidæ singularem merentur attentionem. Anno decimo pontificatus Bonifacii quidam deceptores e Scotia egressi venerunt in Italiam, portabantque cruces testaceas sanguine permistas, & oleo humectatas ita, ut in æstivis caloribus sudare viderentur.